

et salutáre tuum in nobis mirabiliter operétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum...

Communio (Is. 35,4)

Dícite: Pusillánimes, confortámini, et nolíte timére: ecce Deus noster véniet, et salvábit nos.

Postcommunio

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam: ut haec divína subsidia, a vítiis expiátos, ad festa ventúra nos praéparent. Per Dóminum nostrum Iesum Christum...

cro mistero, sia ad operare in noi mirabilmente la tua salvezza. Per il nostro Signore Gesù Cristo...

Antifona alla Comunione

Dite: Pusillanimi, confortatevi e non temete: ecco che viene il nostro Dio e ci salverà.

Orazione

Imploriamo, o Signore, la tua clemenza, affinché questi divini soccorsi, liberandoci dai nostri vizi, ci preparino alla prossima festa. Per il nostro Signore Gesù Cristo...



Suore Francescane dell'Immacolata
Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)

DOMINICA III ADVENTUS

Introitus (Ad Phil. 4, 4-6)

Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestrae innotéscant apud Deum. *Ps. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob. V. Glória Patri.*

Oratio

Áurem tuam, quæsumus, Dómine, précibus nostris accómmoda: et mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis et regnas.

Léctio Epístolæ B. Pauli Ap. ad Philippénsens 4,4-7

Fratres: Gaudéte in Dómino semper: íterum dico: gaudéte.

Introito

Rallegratevi sempre nel Signore: ve lo ripeto: rallegratevi. La vostra modestia sia nota a tutti gli uomini: il Signore è vicino. Non siate ansiosi per alcuna cosa, ma in ogni circostanza fate conoscere a Dio i vostri bisogni. *Sal. Hai benedetto, o Signore, la tua terra: hai liberato Giacobbe dalla schiavitù. V. Gloria al Padre...*

Orazione

O Signore, Te ne preghiamo, porgi benigno ascolto alle nostre preghiere e illumina le tenebre della nostra mente con la grazia della tua venuta. Tu, che sei Dio...

Dalla Lettera di san Paolo Ap. ai Filippesi

Fratelli: Rallegratevi nel Signore, sempre; ve lo ripeto

Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligentias vestras, in Christo Iesu Dómino nostro.

Graduale (Ps. 79, 2-3 et 2)

Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam, et veni. *V.* Qui regis Israël inténde: qui dedúcis, velut ovem, Ioseph.

Allelúia

Allelúia allelúia. Éxcita, Dómine, poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. *Allelúia.*

Sequéntia S. Evangélii secundum Ioánnem 1,19-28

In illo témpore: Misérunt Iudaéi ab Ierosólymis sacerdótes et levítas ad Ioánnem, ut interrogárent eum: Tu quis es? Et conféssus est, et non negávit, et conféssus est: Quia non sum ego Christus. Et interro-

ancora, rallegratevi. La vostra affabilità sia nota a tutti gli uomini. Il Signore è vicino! Non angustiatevi per nulla, ma in ogni necessità esponete a Dio le vostre richieste, con preghiere, suppliche e ringraziamenti; e la pace di Dio, che sorpassa ogni intelligenza, custodirà i vostri cuori e i vostri pensieri in Cristo Gesù.

Graduale

O Signore, Tu che hai per trono i Cherubini, suscita la tua potenza e vieni. *V.* Ascolta, Tu che reggi Israele: che guidi Giuseppe come un gregge.

Alleluia

Alleluia, alleluia. Suscita, o Signore, la tua potenza e vieni, affinché ci salvi. *Alleluia.*

Dal Vangelo secondo Giovanni

In quel tempo: i Giudei inviarono a Giovanni da Gerusalemme sacerdoti e leviti per interrogarlo: «Chi sei tu?». Egli confessò e non negò, e confessò: «Io non sono il Cristo». Allora gli chiesero:

gavérunt eum: Quid ergo Elías es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit: Non. Dixérunt ergo ei: Quis es, ut respónsum demus his, qui misérunt nos? Quid dicis de téipso? Ait: Ego vox clamántis in desérto: Dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaías prophéta. Et qui missi fúerant, erant ex Pharisaeís. Et interrogavérunt eum, et dixérunt ei: Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque prophéta? Respóndit eis Ioáannes, dicens: Ego baptízo in aqua: médius áutem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrígiam calceaménti. Haec in Bethánia facta sunt trans Iordánem, ubi erat Ioáannes baptízans.

Offertorium (Ps. 84,2)

Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob: remisísti iniquitátem plebis tuæ.

Secreta

Devotiónis nostræ tibi, quæsumus, Dómine, hóstia iúgiter immolétur: quæ et sacri péragat institúta mystérii,

«Che cosa dunque? Sei Elia?». Rispose: «Non lo sono». «Sei tu il profeta?». Rispose: «No». Gli dissero dunque: «Chi sei? Perché possiamo dare una risposta a coloro che ci hanno mandato. Che cosa dici di te stesso?». Rispose: «Io sono voce di uno che grida nel deserto: “Preparate la via del Signore”, come disse il profeta Isaia». Essi erano stati mandati da parte dei farisei. Lo interrogarono e gli dissero: «Perché dunque battezzi se tu non sei il Cristo, né Elia, né il profeta?». Giovanni rispose loro: «Io battezzo con acqua, ma in mezzo a voi sta uno che voi non conoscete, uno che viene dopo di me, al quale io non son degno di sciogliere il legaccio del sandalo». Questo avvenne in Betània, al di là del Giordano, dove Giovanni stava battezzando.

Ant. all'offertorio

Hai benedetto, o Signore, la tua terra: liberasti Giacobbe dalla schiavitù: perdonasti l'iniquità del tuo popolo.

Secreta

Ti sia sempre immolata, o Signore, quest'ostia offerta dalla nostra devozione, e serva sia al compimento del sa-